


ANN. X. - N. 63-64

MENS. SEPTEMBR. et DECEMBR.

ANN. MCMXL



PALAESTRA LATINA

S U M M A R I U M


- | | |
|----------------------------------|---------------|
| Mirifica Portenta | (MARCOS) |
| De Cordimariana voce | (MIR) |
| P. Vergilii Maronis Aeneidos | |
| liber secundus. | |
| Lectori Salutem | (MARTIJA) |
| Textus latinus adnotationibus | |
| auctus. | |
| Martyrum Cervariensium paeclaras | |
| nomina | (ACTUARIUS) |
| Bibliographia, | (MIR-JIMÉNEZ) |



in Lafinum
translata a R.
P. Ludovico
MARcos
C. M. F.
Villae Rosarii
in Argentina
litt. Lat.
Professore.


XL

Dum fracta leonis crura Titus intuetur, improviso adoriuntur sagittis. — Hem arundines alites! Ubinam gentiuni, clamabat Titus?




XLI

Nec mora: objecto leone, Titus incurvatus fulmineum intendit ictum adversus tela destinantes.



XLII

Nonnulla praetereunt irrita tela; alia leonis corpore defiguntur. Pone dominum saluti prospicit Melampus. Sclopeto Titus displodit.



XLIII

...in nigritas, qui, foedi victus amore, jacula expediebant adversus ignotae subolis advenas.



PALAESTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 10 pesetarum in Hispania et Lusitania, 12 pes. in America et Philippinis insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem, manuscripta autem ad Moderatorem

DIRECTIO ET ADMINISTRATIO: LAURIA, 5 - APARTADO, 1042 - BARCELONA

De Cordimariana voce

3. Ratio componendi vocabula in linguis

Cognita jam ex superiore fasciculo¹ ratione effigendi composita latina, reliquum est ut ad nostrum, de *Cordimariana* voce admittenda, propositum veniamus. Eaque vox formam omnino Latinam habere facile apparet, licet primum hispanice sit usurpata. Nam si vocabulum in proprias partes dividamus idem erit ac *Cordis-Mariae* (*del Corazón de María*). Restat igitur ut unum verbum efficiamus, quod duplē notionem significet, et illam *Cordis* —quod erit caput in voce novanda— et hanc *Mariae* notionem quae a *Corde* per genitivum pendet; utraque vero notio *Cordis* et *Mariae* ab alio subjecto in oratione addendo pendet, sic: «virtutes *Cordis Mariae*, filii *Cordis Mariae*». —Nunc autem, quo ordine hanc verborum subjectionem innuemus in nova voce composita *Cordis-Mariae*? quisnam ex duobus genevit? (*Cordis - Mariae*) erit primum compositi elementum, quisnam vero adjectivi vim accipiet? Ex ratione varia componendi in praecipuis linguis patebit.

Scimus in omnibus fere linguis, ut Germanica, Anglica, Graeca, Latina, cet in compositis elementum quod possessoris vices gerit generatim rem possessam subsequi: *armiger* = «qui gerit (possessor) arma (rem possessam)», *corniger* = «qui gerit cornu», *ignivomus* =

1 Quod superiore fasciculo (cfr. fasc. 62, pag. 68) innuebamus scil. composita Latina ex duabus gignita radicalibus suam sese copulandi rationem sequi, i. e. auferendo desinentiam in primo elemento, ejusque loco vocalem unionis sufficiendo, ut facilius perspiciatur, quaedam exempla ex singulis quae evenire posunt casibus, offerimus:

1) Substantivus alio substantivo copulatus: *palmi-pes, auri-fodina, ali-pes, capri-pes, capri-cornus, auricomus, lapi-cidina, soli-gena, stilli-cidium, exti-spicum*.

2) Substantivus cum adjektivo a verbo derivato: *homini-cida, lapi-cida, causi-dicus, auri-fluus, melli-fluus, morti-fer, aeris-fer, armi-ger, grandi-loquus, hederi-ger, corni-ger, armi-potens, igni-vomus, sanguisuga (?)*, *carni-fex, opis-parus*.

3) Adjectivus cum substantivo: *lati-clavius, miseri-cors, vivi-radix, pleni-lunium, versi-color, alti-sonus, celeri-pes, levi-somus, centi-mauus, centi-folis*.

«qui ignem vomit», *agricultura* = «cultus agri»; λυχνόφορος = «qui fert lucem», ρόδοδάκτυλος = «qui digitos habet rosaceos»; *Haustür* (German.) = «janua domus»; *Fensterglass* = «crystallus fenestrae». Haec est certe frequentior forma vocabula componendi, eaque regressiva vocatur, i. e. in qua primus terminus pendet a secundo, ut *lapicida* = «qui lapidem cedit». Sed non desunt composita progressiva in quibus secundum elementum a primo pendet, ut *flex-animus* = «qui flectit animum».

4. *Cordimarianus non Maricordianus nec Cormelianus*

Si itaque communem seu regressivam componendi structuram, ut fas esset, sequamur, *Mari-cors* seu *Mari-cordianus* enasceretur vocabulum, quod jam a quibusdam propositum fuerat; illudque unum —ut nobis videtur— esset rectum ad res significandas atque regulis compositionis optime aptaretur; nam elementum in composite praecipuum (*Cor*) perspectum statim haberemus, quod, ut diximus, extremum habet locum et possessorem significat: *armiger* = «qui gerit arma»; *Maricordianus* = «qui refertur ad Cor Mariae». Sed cum verbum de quo agimus *Cordimariano* hispanice prolatum sit et in ea voce, *Mariae* nomen et sonus aliquatenus deminuatur (*Mari*), et nullibi apud nos adjективum *corde*, nec apud nostrates nec apud Romanos *Cordianum* inveniamus, —dum certe omnium ore et plausa *Marianum* adjективum usurpamus— oportet igitur ex his admittamus usum, qui jam invaluit, et linguam Latinam novo verbo ex elementis jam usitatis locupletemus; nam major certe exorta esset apud viros litteratos controversia si novum adjективum *cordianum* in linguam invehere niteremur, quam si jus sermonis *Cordimarianae* vocis —ex ipsis nativis linguae elementis— tribuamus, usum pariter honorantes «penes quem est jus et norma loquendi».

Restat igitur ex dictis ut ordinem logicum hujus locutionis —non autem communem seu regressivam componendi methodum— sectemur ac vocabulum efficiamus ex *Corde et Maria*. Ex genetivo autem *Mariae* adjективum enascitur *marianus*, «quod ad Mariam spectat», huic ergo si notionem *Cordis* praemittamus *Cordimarianum* exsurget verbum i. e. «quod ad Cor Mariae spectat». Ex his quae dilucidata sunt cum, de ratione primum compositorum elementum apud Latinos finiendi, ageremus, patet prorsus rejiciendam esse formam *Cormarianum*; paucissima enim sunt hujusmodi composita juncta in nominativo casu et haec ita formantur ob leges euphoniae; praeterea *Cordimarianae* voci suffragatur quod in ea magis eluceat subjectio

seu dependentia inter vocabula, quam si primum elementum nominativo efferamus casu (*Cor Mariae*), tunc enim in Corde nulla apparet subjectio —quam per genetivum proprietatis significamus— erga substantivum in oratione exprimendum, v. gr.: «virtutes *Cordis-Mariae* = *Cordimarianae* = *Cor Mariae* habet virtutes».¹ Formatio *Cordimariani* adjactivi confirmatur eo quod, hispanice saltem, habemus *cordi-forme* et *cordi-cola*, quae nullo modo a Latinitate absona sunt, ut facile compertum erit opus «Laterculi vocum Latinarum» a cl. viro O. Grandenwitz exaratum inspicienti; ibi enim reperies: *primit-formis, cani-formis, uni-[omni / tauri / versi / multi / serpenti-] formis, cet.; et caeli-cola, regni-[ligni / vini / amni / latebri / sacri / veri / terri / agri / ventri / nocti-] cola*, similia. . .

5. *Cordimariana vox apud alias nationes*

Origine et natura *Cordimariani* vocabuli inspecta, quae vox apud hodiernas linguas adhiberi valeat ad eundem conceptum exprimendum, investigare liceat. Et in primis notandum est Romanicas seu neo-Latinas linguas plurima suscepisse vocabula quae, licet apud Latinos ut composita habita sint, nobis tamen, deleta jam compositionis nota; simplicia apparent, sic: *luci-fer* > *lucifero* (Ital. Hispan. Lusit.), *lucifère* (Gal.); *magni-ficus* > *magnifico* (Ital. Hisp. Luš.) *magnifique* (Gal.), *magnífic* (Catalaun.). Ut novas vero notiones reddant —quae conceptuum pluralitatem secum ferunt— composita effingunt, in iis maxime quae ad disciplinas artesve spectant, ex Graeco vel Latino fonte elementa deponentes, eaque similem habent structuram ac in Latino, sic: *umbeli-fero, lacti-fero, panni-forme*.

Unde erui facile potest, plura alia componi posse vocabula, quorum elementa componentia Latina sunto ac parem, qua utitur Latinus sermo, habeant desinentiam. Quae nova verba ab una matre procedentes libenter et juxta leges omnibus communes, a filiis —Romanicis linguis— in proprium usum accipientur. Ut tamen clarius appareat omnes Romanicas linguas similem habere formam in verbis novis jungendis, nonnulla claritatis gratia nec ratione et in veritatis argumentum in proximo fasciculo proponemus exempla.

JOSEPHUS M.^a MIR, C. M. F.

¹ Rejicitur igitur formam *Maricordianum* eo quod elementa, quae latina non sunt, possideat; *Cormariatum* pariter respulimus quia desinentiam primi elementi (*Cor*) non aptatur regulis componendi latinis; *Cordimarianum* vero suscipimus, quia componentia sunt latina, praeterea quia juxta regulas componendi primum elementum i vocali fiuntur, tandem eo quod haec vocalis i in voce exigitur, quia duplice inuit *Cordimarianus* subjectionem: et *Mariae* per adjективum *Marianus* et *Cordis* per quandam hujus vocis flexionem, quae vices gerat genetivū in substantivo (*Cordis* > *Cordi*).



LECTORI SALUTEM

Jam prope sexennium elapsum est ex quo libellus hic confectus et in editionem fuerat paratus. In numero extraordinario Horatiano, ut brevi edendus nuntiabatur.

Mense Junio anni 1936 empta est papyrus selectissima, et chartae photographicae textum inlustratae: quae omnia turbulentissimis Hispaniae conditionibus temporumque injuria, partim perditam, partim a communistis depopulata fuere, cum amicus noster Francis-
cuss Camps et Calmet editrice sede coactus est exulare.

Forte integer libelli textus a communi ruina servatus, nunc demum, rogantibus pluribus PALAESTRAE LATINAЕ Subscriptoribus, in lucem editur, non tamen ea qua par erat concinnitate et venustate exornatus, nec tabulis photographicis quarum reproductionem non sinit hodierna papyri inopia.

Ignosce, benevole lector, hujusmodi defectibus opusculi,uptote bellicis tempestatis erepti et proinde simpliciter et sine pretiosis vestibus prodeuntis.

Vergilium prae omnibus poetis explicandum elegi, omnium facile principem cuius ingenii clarissima monumenta nulla aetas, nulla obtinet temporum oblivio nec vetustas ulla memoriam conficiet; et in ejus opere poeticō librum secundum Aeneidos prae-tuli, qui adulescentium ingenii maxime visus est adcommodatus propter descriptionum amoenitatem, sermonem narrativum et fere historico more confectum. Utinam ex hac mea jam pridem parata lucubratiacula, aliquod commodum haurire possit studiosa juven-tus. Si qui vero in tanti poetae interpretatione irrepserint erro-res, praetermittas, lector humanissime, meamque bonam voluntatem accipias. Vale.

HENRICUS MARTIJA, C. M. F.

Barbastri, II Non. Decem. an. MCMXL.

P. VERGILII MARONIS
AENEIDOS
LIBER SECUNDUS

I. El caballo de Troya

Conticuere omnes, intentique ora tenebant;
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
Infandum, Regina, jubes renovare dolorem,
Trojanas ut opes et lamentabile regnum
Eruerint Danai, quaeque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulixii
Temperet a lacrimis? Et jam nox humida caelo

5

1. INTENTIQUE ORA TENEABANT, tenian los ojos fijos en Eneas.
— 2. TORO, el asiento tricliniar a manera de cama, donde se recostaban los convidados. — 3. INFANDUM... DOLOREM, un dolor que no tiene palabras (Riber). — 4. UT. Subordinado a NARRANDO sobreentendido; es partícula de interrogación indi-

recta. — 5. DANAI, los Griegos, así llamados de Dánao, fundador de Argos. — 7. MYRMIDONUM, DOLOPUM. Pueblos de Tessalia conducidos a la guerra de Troya por Aquiles y su hijo Pirro, llamado también Neoptólemo. ULIXI (o ULYXIS), genitivo: Ulises rey de Itaca, protagonista de la Odisea. —

Praecipitat, suadentque cadentia sidera somnos. 2
Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros 10
Et breviter Trojae supremum audire laborem,
Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit,
Incipiam. Fracti bello, fatisque repulsi
Ductores Danaum, tot jam labentibus annis,
Instar montis equum divina Palladis arte 15
Aedificant, sectaque intexunt abiете costas.
Votum pro reditu simulant; ea fama vagatur.
Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt caeco lateri, penitusque cavernas
Ingentis uterumque armato milite complent. 20
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant;
Nunc tantum sinus, et statio male fida carinis.

9. CADENTIA SIDERAS: *los astros que declinan* (después de la medianoche). — 10. COGNOSCERE: en vez de COGNOSCENDI, subordinado a AMOR.
11. SUPREMUM LABOREM, la suprema desgracia, la ruina. — 12. REFUGIT. Pretérito con significación de presente. — 14. TOT... ANNIS. El sitio de Troya duró diez años. — 15. PALLADIS ARTE. El diseño del caballo fué sugerido por Palas o Atenea (Minerva), diosa de las artes. La construcción la realizó Epeo (v. 264). — 16. SECTA ABIETE, *con tablas de abeto*; ablativo de materia. ABIETE = ABJETE (trisílabo). — 17. VOTUM SIMULANT, *fingen que es un voto*. Servio hace VOTUM participio, como si dijera VOVISSE. — 18. SORTITI: i. e. *soritione facta*. — 19. CAECO LATERI. Dativo poético local (*in caecum latus*). Determina más el *huc*. — CAVERNAS UTERUMQUE. Hendíadas, en vez de *cavernas uteri*.

21. IN CONSPPECTU. Supl. *Trojae*. — 22. DIVES OPUM. El genitivo de relación con adjetivos es muy usado entre los poetas. — 23. NUNC TANTUM, *ahora ensenada sin gloria y abrigo de las naves mal segu-*

3 Huc se proiecti deserto in litore condunt.
 Nos abiisse rati, et vento petiisse Mycenas. 25
 Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu:
 Panduntur portae; juvat ire, et Dorica castra
 Desertosque videre locos, litusque relictum.
 Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles:
 Classibus hic locus; hic acie certare solebant. 30
 Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae,
 Et molem mirantur equi; primuspue Thymoetes
 Duci intra muros hortatur, et arce locari,
 Sive dolo, seu jam Trojae sic fata ferebant.
 At Capys, et quorum melior sententia menti, 35
 Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona

20 (Riber). — 24. HUC. Se refiere a *proiecti* y no a *condunt*. — 25. ABIISSE. Falta el sujeto *eos*, que fácilmente se sobreentiende. — MYCENAS. Ciudad del Peloponeso, residencia de Agamenón. Aquí poéticamente por toda la Grecia. — 26. TEUCRIA. Supl. *gens*. Llamábanse Teucros los Troyanos, del nombre de uno de sus reyes. — 27. DORICA = GRAECA. Del nombre de uno de los famosos pueblos de Grecia. — 29. TENDEBAT. Sc. *tentoria habebat*. — 30. CLASSIBUS. La armada griega constaba de varias divisiones según los diversos jefes; por eso usa el plural. Puede ser también una simple figura retórica.

31-32. STUPET, MIRANTUR. Nótese el cambio de número, debido al sujeto colectivo *pars*. — 33. DUCI = UT DUCATUR. En prosa es raro el infinitivo con verbos que indican voluntad. — 34. SIVE DOLO. Timeles, hijo de Laomedonte, deseaba vengarse de Príamo que había hecho morir a su mujer y a su hijo. — SIC FATA FEREBANT. Virgilio se inclina visiblemente a la hipótesis de la fatalidad de la ruina de Troya. — 35. CAPYS. Uno de los compañeros de Eneas (cf. I, 183). — QUORUM MENTI SENTENTIA = QUIBUS SENTENTIA ERAT. — 36. PELAGO. Dativo poético de dirección en vez del accusativo (cf. I, 6; II, 47). — 37.

Praecipitare jubent, subiectisque urere flammis; 4
 Aut terebrare cavas uteri et tentare latēbras,
 Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
 Primus ibi ante omnes, magna comitante caterva, 40
 Laocoon ardens summa decurrit ab arce;
 Et procul: «o miseri, quae tanta insania, cives?
 Creditis avectos hostes? aut ulla putatis
 Dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?
 Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi, 45
 Aut haec in nostros fabricata est machina muros,
 Inspectura domos, venturaque desuper urbi;
 Aut aliquis latet error: equo ne credite, Teucri.
 Quidquid id est, timeo Danaos, et dona ferentes.»
 Sic fatus, validis ingentem viribus hastam 50

SUBJECTISQUE. Hay aquí trasposición de dos miembros de la frase (*histeron proteron*), como si dijera *suspectaque dona urere et praeccipitare...* Puede también interpretarse la conjunción *que* como uniendo dos miembros de una alternativa. — 39. STUDIA IN CONTRARIA, en *encontrados pareceres*. — IBI. Tiene sentido temporal. — 41. LAOCOON. Hermano de Anquises y sacerdote de Neptuno (v. 201). — ARDENS, encendido en cólera. — AB ARCE. Se refiere tal vez a la torre del palacio de Príamo (v. 461 y sig.). — 43. AVECTOS. En sentido pasivo marcharse, retirarse. — 44. SIC NOTUS ULI-
 SES, ¿tan poco conocéis a Ulises? Este guerrero era famoso por su astucia. — 46. MACHINA. Laocoonte sospecha que el caballo es una máquina para explorar desde lo alto la ciudad (*inspectura domos*) y para escalar los muros (*ventura urbi*). — 48. ALIQUIS. Tiene aquí el significado etimológico (*alius quis* = algún otro). — 49. ET = ETIAM, aún, DONA. Designa la ofrenda a los dioses. *Dona ferentes* = *timeo Danaos tunc quoque cum dona ferunt* (v. 17). — 50. IN LATUS, entró por un costado en el combado y ancho vientre de la bestia.

5 In latus inque feri curvam compagibus alvum
 Contorsit. Stetit illa tremens, uteroque recusso
 Insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
 Et, si fata deūm, si mens non laeva fuisse,
 Impulerat ferro Argolicas foedare latēbras;
 Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres. 55

II. Las imposturas de un griego

Ecce manus juvenem interea post terga revinctum
 Paſtores magno ad regem clamore trahebant
 Dardanidae, qui se ignotum venientibus ultro,
 Hoc ipsum ut ſtrueret, Trojamque aperiret Achivis, 60
 Obtulerat, fidens animi; atque in utrumque paratus,

51. TREMENS, vibrante; se refiere a "hasta". — UTEROQUE RECUSSO. Y estremecido el seño. — 52. INSONUERE. Nótese la armonía imitativa del verso y el juego etimológico de CAVAE CAVERNAE. — 54. NON LAEVA. Determinando a *fata* significa desfavorables, determinando a *mens* significa torcida, necia. — 55. IMPULERAT (sc. *Laocoön*) = impulisset. El indicativo da más fuerza a la ya sucedida. — ARGOLICAS = consecuencia, poniéndola como GRAECAS. Usa, como otras muchas veces, el término particular por el general. — FOEDARE = lacerare, vulnerare (v.

286). — 56. ARX ALTA MANERES. Apóstrofe. En algunos códices empieza el apóstrofe al comienzo del verso (*Trojaque nunc stares*); pero el códice Mediceo trae *staret*.

57. MANUS... REVINCTUM. Acusativo determinativo o de relación, como si dijera *manibus junctis*. — 59. DARDANIDAE, *Trayanos*, descendientes de Dárdano. — ULTRO. Está subordinado a *obtulerat*. — 60. HOC IPSUM UT STRUERET (sc. *madchinaretur*); esta frase está explicada por la siguiente: *Trojamque aperiret Achivis*.

61. FIDENS ANIMI. Confiado en su valor. ANIMI. Genitivo

Seu versare dolos, seu certae occumbere morti. 6
 Undique visendi studio Trojana juventus
 Circumfusa ruit, certantque inludere capto.
 Accipe nunc Danaūm insidias, et crimine ab uno 65
 Disce omnes.
 Namque, ut conspectu in medio turbatus, inermis
 Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
 «Heu! quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt
 Accipere? aut quid jam misero mihi denique restat, 70
 Cui neque apud Danaos usquam locus, et super ipsi
 Dordanidae infensi poenas cum sanguine poscunt?»
 Quo gemitu conversi animi, compressus et omnis
 Impetus. Hortamur fari, quo sanguine cretus,
 Quidve ferat; memoret, quae sit fiducia capto. 75
 Ille haec, deposita tandem formidine, fatur:

locativo. — 62. VERSARE (frec. de *vertere*) DOLOS, llevar a cabo la traición. — 64. RUIT CERTANTQUE. Nótese el cambio de número, concertando con *juventus* (cf. supra. v. 31-32). — 65. ACCIPE = audi. Se dirige Eneas a la reina Dido. — CRIMINE AB UNO = a crimine unius. — 66. DISCE OMNES. Este es uno de los versos inacabados de la Eneida, que prueban que Virgilio no pudo dar la última mano al poema. — 68. PHRYGIA = *Trojana*. — CIRCUMSPEXIT. La lentitud del verso espondaico pinta maravillosamente la mirada estupefac-

ta de Sinón.

71. SUPER (adv.) = *insuper*. — POENAS. Recuérdese que Sinón era griego. — FARI. Infinitivo en vez de subjuntivo con *ut* (cf. v. 33). — CRETUS = *natus*. Participio pasivo de *cresco*. — 75. QUID FERAT, qué noticias trae. — QUAE SIT FIDUCIA CAPTO = *qua fiducia se ultro captiūm obtulerit* (Forbiger). La manera de proceder de Sinón (v. 59) indica que espera posteriores acontecimientos. — 76. ILLE HAEC. Este verso falta en los mejores manuscritos. En el códice Mediceo se halla interpolado pos-

7 «Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcumque, fatebor
 Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo:
 Hoc primum; nec, si miserum fortuna Sinonem
 Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. 80
 Fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures
 Belidae nomen Palamedis, et inclita fama
 Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
 Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,

teriormente. Está tomado literalmente del libro III, 612. — 77. FUERIT QUODCUMQUE, suceda lo que suceda. Riber, siguiendo a Wagner, adopta la lección *quaecunque* referido a *cuncta* y así traduce: *he de confesarte, oh Rey, toda la verdad, cualquiera que ella sea.* — 78. ARGOLICA = Graeca (sinédoquie). En la Argólida, región del Peloponeso, estaba situado el reino del generalísimo de los griegos, Agamenón (v. 25). — 79. HOC PRIMUM (*fateor*). Sinón, afirmando pertenecer al ejército griego, pretende garantizar su sinceridad. — 80. VANUM = *fallacem*. Cf. AEn. I, 392: *ni frustra augurium vani docuerre parentes.* — IMPROBA. Se refiere a *fortuna*. La perfecta colocación del epíteto pone de relieve la idea.

81. FANDO = *fama, aliorum narratione*. Muy conocida es la frase: *fando audire* = saber de oídas; cf. Cic. (Nat.

Deor. I, 29, 82). — 82. BELIDAE. Alarga la segunda sílaba. Los adjetivos acabados en *ida, ae*, significan *hijo de, descendiente de* Palamedes era descendiente de Belo, rey de Egipto, e hijo de Nauplio, rey de Eubea. Habiéndose Ulises fingido loco, a fin de no ir a la guerra de Troya, Palamedes desenmascaró su astucia. Ulises decidió vengarse. Hizo que cayese en manos de los griegos una pretendida carta de Príamo a Palamedes en la que le prometía gran cantidad de oro si desertaba del ejército griego. Después condujo a los griegos a la tienda de Agamenón y desenterró delante de ellos una suma de dinero que él mismo había escondido, con lo que aparentemente quedaba probada la traición de Palamedes (*falsa sub proditione*, v. 83). Este fué condenado a muerte. — 83. PELASGI = Graeci. Los Pelasgos fueron los más antiguos habitantes de

Demisere neci; nunc cassum lumine lugent:
 Illi me comitem, et consanguinitate propinquum
 Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
 Dum stabat regno incolumis, regumque vigebat
 Conciliis, et nos aliquod nomenque decusque
 Gessimus. Invidia postquam pellacis Ulixi
 (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris,
 Adflictus vitam in tenebris luctuque trahebam,
 Et casum insontis mecum indignabar amici.
 Nec tacui demens; et me, fors si qua tulisset,
 Si patrios unquam remeassem victor ad Argos, 95

85 8

90

95

Grecia. — QUIA BELLA VETABAT. Sinón inventa esta causa de la muerte de Palamedes, para hacerle simpático a los Troyanos. — 85. CASSUM LUMINE = *privatum vita*. En el mismo sentido leemos (AEn. XI, 104): *aethere cassus*. — 86. COMITEM. Compañero de armas que solían llevar todos los héroes homéricos. — 87. IN ARMA = *ad bellum*, que está determinado por *huc*, o sea a Troya. — 88. DUM STABAT REGNO. Mientras subsistió su real autoridad. — REGUMQUE VIGEBAT CONCILIIS. Y su palabra era escuchada en las reuniones de los reyes. En el sentido homérico, se llaman reyes los jefes de los diversos pueblos que tomaban parte en las asambleas presididas por el jefe supremo. — 90. PELLACIS (de

pellicere), es lo mismo que *fallacis*, que se lee en varios códices. Dicho epíteto no se halla sino en Ausonio (Epist. XII, 4) y en Amobio, que evidentemente tuvieron a la vista este pasaje de Virgilio.

91. SUPERIS AB ORIS. *De la tierra*, del mundo superior, en oposición a los infiernos. —

92. VITAM... TRAHEBAM. De esta frase es traducción literal la española: *arrastrar la vida* (cf. AEn. III, 646: *vitam in silvis... traho*). — 95. ARGOS. Ciudad de la Argólida; aquí se toma por toda la Grecia. —

96. PROMISSI ULTOREM (me). Prometí vengarme. Este pasaje lo imitó Claudio (De Laud. Stil. I, 241): *cum se promitteret alter Exulis ultorem.* — VERBIS. *Con mis palabras me atraje el odio de Uli-*

9 Promisi ultorem; et verbis odia aspera movi.
 Hinc mihi prima mali labes; hinc semper Ulixes
 Criminibus terrere novis; hinc spargere voces
 In vulgum ambiguas, et quaerere conscius arma.
 Nec requievit enim, donec, Calchante ministro...; 100
 Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo?
 Quidve moror? Si omnis uno ordine habetis Archivos,
 Idque audire sat est, jamdudum sumite poenas:
 Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae.»
 Tum vero ardemus scitari et quaerere causas, 105
 Ignari scelerum tantorum artisque Pelasgae.

ses. — 97. HINC MIHI PRIMA MALI LABES. *Este fué el principio de mi ruina.* — 98. TERRERE, SPARGERE, QUÆRERE. Infinitivos de narración. — 99. CONSCIUS. *Consciente de su crimen*, o sea, de la muerte de Palamedes. Esta es la interpretación más corriente. — 100. CALCHANTE MINISTRO. Calcas, el famoso adivino de la armada griega, con cuyo consejo se debía contar para llevar a cabo cualquier obra de importancia. La reticencia estudiada de Sinón se dirige a excitar la expectación de los oyentes.

101. INGRATA (supl. *vobis*). Como si dijera: cosas que no os afectan ni tienen interés para vosotros. — 102. UNO ORDINE. En vez del vulgar *uno loco*. Recuérdese el verso 64: *crimine ab uno disce omnes.* —

103. IDQUE AUDIRE SAT EST De este pasaje hay dos interpretaciones; una que refiere el pronombre *id* a *Archivos* (*os basta oír el nombre de griegos*), y otra que lo refiere a lo que antecede (*os basta haber oído lo que os he contado*). JAMDUDUM = *quamprimum*. Cf. Georg. I, 213. — 104. ITHACUS. El de Itaca; vocablo de menoscenso para indicar a Ulises, rey de esta ciudad. — VELIT, *mercentur*. Subjuntivos potenciales. ATRIDAE. Los hijos de Atreo, Agamenón y Menelao. — 105. CAUSAS. La respuesta a todas las preguntas que ha hecho surgir en los espíritus el relato de Sinón. — 106. ARTIS. Se toma en el sentido de *dolus*; *ars Pelasga* suena en labios de un troyano como *fides Punica* en los labios

Prosequitur pavitans, et ficto pectori fatur: 10
 «Saepe fugam Danai Troja cupiere relicta
 Moliri, et longo fessi discedere bello;
 Fecissentque utinam! saepe illos aspera ponti 110
 Interclusit hiems, et terruit Auster euntis.
 Praecipue, cum jam hic trabibus contextus acernis
 Staret equus, toto sonuerunt aethere nimbi.
 Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phoebi
 Mittimus; isque adytis haec tristia dicta reportat: 115
 Sanguine placastis ventos et virgine caesa,

de un romano. — 107. FICTO PECTORI = *subdolo animo, fraudulenter*. — 108. DANAI. En Virgilio como en Homero significa los griegos; propiamente significa los súbditos del rey Dánao, fundador de Argos. — 109. FUGAM... MOLIRI. Frase valiente y poética en el sentido de *parare, struere*. — 111. TERRUIT EUNTIS. *Les atemorizó cuando se disponían a partir*. Euntas está en vez del participio de futuro *ituros*, como en Aen. VI, 392; IX, 243, etc. — 112. TRABIBUS ACERNIS = *trabibus factis ex abierte*. (v. 16). — 114 EURYPYLOM. Era jefe de los Tésalos en la guerra de Troya (Iliad. II, 734 y sig.) — SCITANTEM = *ut scitaretur*. Cf. Aen. I, 519. *Lecti navibus ibant orantes veniam*; Tito Livio, XXI, 6, 2. *Legati missi auxilium orantes. Scitari y sciscitari* son vocablos propios para expresar las consultas a los oráculos. — 115. ADYTIS (*ἄδυτος*, inaccesible). *La parte íntima del templo*, reservada a los sacerdotes. — 116. VIRGINE CAESA. Cuando los griegos quisieron partir para Troya, la falta de viento les retiene en Aulide. Piden consejo a Calcas, quien declara que es necesario aplacar la cólera de Diana, ofreciéndole en sacrificio a Ifigenia, primogénita de Agamenón. Virgilio se desentiende de la forma tradicional de la leyenda, según la cual, en el preciso momento en que va a recibir el golpe fatal, desaparece la víctima, mientras ocupa su sitio una cierva de belleza extraordinaria que recibe el golpe mortal, siendo Ifigenia trasladada por Diana

11 Cum primum Iliacas Danai venisti ad oras;
 Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
 Argolica. Vulgi quae vox ut venit ad aures,
 Obstupe animis, gelidusque per ima cucurrit 120
 Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo,
 Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
 Protrahit in medios: quae sint ea numina divum
 Flagitat. Et mihi jam multi crudele canebeant
 Artificis scelus, et taciti ventura videbant. 125
 Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat
 Prodere voce sua quemquam, aut obponere morti.
 Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
 Composito rumpit vocem, et me destinat aerae.
 Adsensere o nnes: et, quae sibi quisque timebat, 130

a Táuride, donde la hace sacerdotisa. — 117. PRIMUM. *Al principio*, al comenzar la guerra. — 118. ANIMA ARGOLICA. *La vida de un griego*. — LITANDUM. Propiamente el verbo *litare* significa obtener signos favorables en un sacrificio. En los poetas se emplea con el significado genérico de sacrificar. — 120. IMA... OSSA. *La medula de los huesos*.

121. CUI FATA PARENT. *Para quién prepararán esto los hados*. Parent, poscant. Subjuntivos subordinados a una interrogación sobreentendida. — 123. QUAE SINT. *Cuál sea la voluntad de los dioses*; eufe-

mismo, en vez de decir: cuál sea la víctima destinada por el oráculo. — 124. CANEBANT = *vaticinabantur*. Emplea el verbo *cano*, porque los adivinos daban los oráculos en verso. De ahí que el mismo vocablo *vates* signifique adivino y poeta. — 125. ARTIFICIS. Alude a Ulises, que había tramado el crimen. — TACITI. *Los que callaban*; forma antítesis con *multi canebant*. — 126. TECTUS. *Encerrado en un impenetrable silencio*. — 129. COMPOSITO = *ex pacto*. Ulises y Calcas estaban de acuerdo.

131. CONVERSA TULERE = *passi sunt conversa esse*. Podría

12 UNIUS in miseri exitium conversa tulere. 12
 Jamque dies infanda aderat: mihi sacra parari,
 Et salsa fruges, et circum tempora vittae. 135
 Eripui, fateor, leto me, et vincula rupi;
 Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva
 Delitui, dum vela darent, si forte dedissent.
 Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi,
 Nec dulces natos, exoptatumque parentem,
 Quos illi fors ad poenas ob nostra reposcent
 Effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt. 140
 Quod te per superos, et conscientia numina veri,
 Per, si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam
 Intemerata fides, oro, miserere laborum
 Tantorum: miserere animi non digna ferentis.» .

también considerarse la frase como simple perífrasis de *converternunt*. — 132. PARARI. Infinitivo histórico; menciona el poeta los preparativos de un sacrificio romano. Se adornaba de cintas la cabeza de la víctima (*circum tempora vittae*), esparciendo sobre ella harina de cebada mezclada con sal (*mala salsa o salsa fruges*). — 135. ULVA. *Ova*, planta acuática (cf. Georg. III, 175). — 136. SI FORTE DEDISSENT (*daturi essent*:) si es que al fin se decidían a embarcarse, lo que era de dudar, puesto que se les había escapado la víctima. — 139. FORS (*fors sit*) se

usa frecuentemente por los poetas a modo de adverbio. — QUOS = *a quibus*; regido como *poenas* del verbo *reposcent*. — 140. EFFUGIA. Plural enfático de *effugium* (*fuga*). — PIABUNT = *ulciscentur*. Propiamente significa aplacar a la divinidad mediante sacrificios expiatorios.

141. QUOD. Acusativo de determinación, como *propter quod*. Cf. Aen. VI, 363. *Quod te per genitorem oro*. Hor. Epist. I, 794. *Quod te per genium... obsecro et obtestor*. — 142. PER, SI QUA EST... FIDES. El antecedente *fides* está atraído por el relativo = *per (fi-*

13	<p>His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro. 145 Ipse viro primus manicas atque arcta levari Vincla jubet Priamus, dictisque ita fatur amicis: «Quisquis es, amissos hinc jam obliscere Grajos; Noster eris; mihique haec edissere vera roganti. Quo molem hanc inmanis equi statuere? quis auctor? 150 Quidve petunt? quae religio? aut quae machina belli?» Dixerat. Ille dolis instructus et arte Pelasga, Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas: «Vos aeterni ignes, et non violabile vestrum Testor numen, ait: vos, aerae, ensesque nefandi, 155 Quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi: Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura, Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras, Si qua tegunt; teneor patriae nec legibus ullis. Tu modo promissis maneas, servataque serves 160</p>	
		14

dem) si qua est fides. — 146. MANICAS. Manillas de hierro para sujetar las muñecas. — LEVARI. Poéticamente en el sentido general de *quitar*, como se ve por el verso 153. — 147. QUISQUIS ES... NOSTER ERIS. Era la fórmula empleada por los generales romanos al acoger a un tránsfuga.

151. RELIGIO. En sentido concreto significa un objeto consagrado a los dioses. Príamo, no fiándose mucho de las palabras de Sinón, quiere cerciorarse de si realmente se trata de un voto (v. 17), o si

son fundadas las sospechas de Laocoonte (v. 46). — 152. ARTE PELASGA. Véase la nota al verso 106. — 154. AETERNI IGNES = sidera. Cf. Hor. Carm. I, 12-46. *Micat... velut inter ignes luna minores.* — 156. VITTAEQUE DEUM. Véase la nota al verso 133. — 157. SACRATA JURA. Son, según Heyne, el derecho de ciudadanía al que renuncia (*resolvere*) para pasarse a los Troyanos. — 158. FERRE SUB AURAS = *divulgare*. — 160. PROMISSIS MANEAS. Es más usada la frase *stare promissis* = cum-

14	<p>Troja fidem, si vera feram, si magna rependam. 145 Omnis spes Danaum, et coepti fiducia belli Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulixes, Fatale adgressi sacrato avellere templo 150 Palladium, caesis summae custodibus arcis, Corripere sacram effigiem, manibusque cruentis Virgineas ausi divae contingere vittas, Ex illo fluere ac retro sublapsa referri Spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens. 155 Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Vix positum castris simulacrum, arsere coruscae Luminibus flammæ adrectis, salsusque per artus</p>	
----	---	--

plir lo prometido. — SERVATA (supl. a me). Está en nominativo concertando con *tu...* Troja.

161. SI MAGNA REPENDAM. Si es grande el beneficio que te presto. Rependere es pagar con un favor otro favor recibido; en nuestro caso la libertad recibida o que esperaba recibir Sinón de los Troyanos. — 169. STETIT = posita fuit in. — 164. TYDIDES. El hijo de Tideo, Diomedes rey de Argos. — SED ENIM. Debe ir al principio de la frase. Cf. Aen. I, 19. Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci. — 166. PALADIUM. El Paladio o estatua de Minerva (Palas), armada de lanza y escudo, a la cual

estaba vinculada, por disposición de los hados, la suerte de Troya. Por eso le da el epíteto de *fatale*. — ARCIS. La fortaleza donde se levantaba el templo de Minerva. — 169. EX ILLO FLUERE... Desde aquel momento empezó a menguar y a perderse la esperanza (informativo histórico).

171. TRITONIA. Epíteto de Minerva, que se suponía haber nacido junto al río Tritón, en Beocia. — MONSTRIS = prodigiis, ostentis. — 173. ARRECTIS. En vez de *erectis*, como en el verso 206. — SUDOR. El sudor de las estatuas se consideraba como de mal agüero. En las Geórgicas, al hablar el poeta de los prodigios su-

- 15 Sudor iit; terque ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit, parvamque ferens hastamque trementem. 175
Extemplo tentanda fuga canit aequora Calchas;
Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis,
Omina ni repetant Argis, numenque reducant,
Quod pelago et curvis secum avexere carinis.
Et nunc, quod patrias vento petiere Mycenas, 180
Arma deosque parant comites; pelagoque remenso
Improvisi aderunt. Ita digerit omina Calchas.
Hanc pro Palladio, moniti, pro numine laeso
Effigiem statuere, nefas quae triste piaret.
Hanc tamen inmensam Calchas adtollere molem 185
Roboribus textis, caeloque educere jussit,
Ne recipi portis, aut duci moenia possit;
Neu populum antiqua sub religione tueri.

cedidos en la muerte de César, dice: *aeraque sudant*. — 175. TER EMICUIT SOLO. Tres veces levantóse del suelo. — 176. TEMPTANDA AEQUORA FUGA. Poético, en vez de *in Graeciam esse revertendum*. Cf. Ecl. IV, 32. *Temptare Tetyn navibus*. — 178. OMINA REPETERE. Era costumbre de los generales romanos, y el poeta atribuye a los griegos, que al experimentar cualquier fracaso en la guerra, volvían a Roma a consultar de nuevo los oráculos. — NUNQUE REDUCANT. Se refiere a la estatua de Palas arrebatada por los griegos (v. 165-

166). — 179. QUOD PELAGOS. Este verso no forma parte del discurso de Calcas, sino que es una explicación de Sinón. — 180. QUOD. En cuanto al *hecho de que...*; tiene sentido declarativo. — 182. DIGERIT = *interpretatur ex ordine*. Cf. Cic. De Orat. I, 41, 186. — 183. PRO PALLADIO. En lugar de: *pro numine*: en reparación de... — MONITI. A saber, por el adivino Calcas. — 184. NEFAS TRISTE. *El funesto sacrilegio*. Cf. S. Ambrosio, Epist. I, 18. *Fames quae triste piaret nefas*. — 186. CAEO. Dativo de dirección, *ad cae-*

- Nam si vestra manus violasset dona Minervae, 16
Tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum 190
Convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum.
Sin manibus vestris vestram adscendisset in urbem,
Ulro Asiam magno Pelopea ad moenia bello
Venturam, et nostros ea fata manere nepotes.»
Talibus insidiis perjurique arte Sinonis 195
Credita res, captique dolis lacrimisqne coactis,
Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae.

III. Muerte de Laocoonte. — Es introducido el caballo en la ciudad
Hic aliud majus miseris multoque tremendum
Objicitur magis, atque improvida pectora turbat. 200

lum (cf. v. 36, etc.). — 188. ANTIQUA SUB RELIGIONE. *Bajo la protección del anterior culto* al Paladio. Los adjetivos *vetus* y *antiquus* se emplean al hablar de algo pretérito, aunque no haga mucho tiempo que ha pasado. — 189. DONA MINERVAE. El caballo ofrecido en voto a Minerva (v. 31). — 190. IN IPSUM (CALCHAM) CONVERTANT. Creían los antiguos apartar de sí los funestos presagios convirtiéndolos sobre sus enemigos. — 193. ULTRÒ ASIAM. *Entonces toda el Asia tomaría la ofen-*
siva para destruir la Grecia. — PELOPEA MOENIA. *Las ciudades del Peloponeso*, Argos y Mikenas fundadas por Pélope, abuelo de Agamenón. — 196. CREDITA RES = *credidum est rei*. La construcción *ego credor* es poética. — 196. COACTIS = STUDIOSE AFFECTATIS. Cf. Ovid. Met. VI, 628. *Invitique oculi lacrimis maduere coactis*. — 197. LARISSAEUS. Natural de Larisa en Tesalia. — 198. ANNI DECEM. La ciudad de Troya resistió el cerco durante diez años. — 199. HIC. *Entonces; sentido*

17	<p>Laocoön, ductus Neptuno sorte sacerdos, Sollemnes taurum ingentem maestabat ad aras. Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta (Horresco referens) inmensis orbibus angues Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt;</p> <p>Pectora quorum, inter fluctus adrecta, juba equae Sanguineae superant undas: pars cetera pontum Pone legit, sinuantque inmensa volumine terga. Fit sonitus, spumante salo. Jamque arva tenebant,</p> <p>Ardentesque oculos suffecti sanguine et igni, Sibila lambebant linguis vibrantibus ora, Diffugimus visu exsangues. Illi agmine certo Laocoonta petunt; et primum parva duorum Corpora natorum serpens amplexus uterque Implicat, et miseros morsu depascitur artus:</p>	205 210 215		
			<p>Post ipsum, auxilio subeuntem ac tela ferentem, Corripiunt, spirisque ligant ingentibus; et jam Bis medium amplexi, bis collo squamea circum Terga dati, superant capite, et cervicibus altis. Ille simul manibus tendit divellere nodos,</p> <p>Perfusus sanie vittas atroque veneno; Clamores simul horrendos ad sidera tollit: Qualis mugitus, fugit cum saucius aram Taurus, et incerta excussit cervice securim.</p> <p>At gemidi lapsu delubra ad summa dracones</p> <p>Effugiunt, saevaeque petunt Tritonidis arcem;</p> <p>Sub pedibusque deae, clipeique sub orbe teguntur.</p> <p>Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor; et scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur</p>	18 220 225 230

temporal. — 201. DUCTUS SORTE. *Designado por la suerte.* Entre los romanos el sacerdocio al par que la magistratura era un cargo público que no podía desempeñar cualquier ciudadano. — 202. SOLLEMNES AD ARAS. Era el altar en que los Troyanos sacrificaban a Neptuno, y que no había servido durante los diez años que duró la guerra. — 204. GEMINI. Se refiere a *angues*. — 207. SUPERANT UNDAS. *Se levantan por encima de las ondas.* — 208. LEGIT SINUATQUE = *legit sinuans.* Legere aquí significa tocar ligeramente. —

209. — JAMQUE ARVA TENE-
BANT. *Y ya habían llegado a la orilla.* ARVA = *litus.* — 210. SUFFECTI OCULOS SANGUINE = *oculis sanguine rubentibus.* Con los ojos inyectados en sangre. — 211. SIBILA (adj.) se refiere a *ora.* Cf. Aen. V, 277; *colla sibila*, *συρίζοντα.* VIBRANTIBUS. Vocablo propio para expresar el rápido movimiento de la lengua de las serpientes. — 212. EXSANGUES. *Pálicos de terror.* Cf. Ov. Met. IX, 224 *exsanguis metu.* — AGMINE CERTO. Con dirección fija. Sin hacer caso de los troyanos que huían, las serpientes van dere-

chamente a Laocoonte. — 216. POST (*postea*) IPSUM (*patrem*). — 218. MEDIUM (*Laocoonta*). Por medio del cuerpo. — COLLO CIRCUM... DATI TERGAT. Cum terga collo (dat.) *circumdedissent.* — 220. TENDIT DIVELLEERE. Como Hor. Epist. I, 10, 20 *tendit rumpere.*

221. VITTAS. Las cintas sacerdotales que se tenían por sagradas e inviolables. — 223. QUALES MUGITUS (supl. *tollit*). Todo este pasaje de la muerte de Laocoonte es de un dramatismo grandioso. Al leerlo nos produce la impresión de estar contemplando el famoso grupo

 por el héroe griego con todo
 respeto, otorgándole su peti-
 ción. — SATUM QUO TE = QUO
 MENTIRIS TE ESSE SATUM. *De*
 quien mentirosamente dices ser
 hijo.

541. JURA FIDEMQUE SUPPLI-
 CIS. El suplicante se hallaba
 bajo la protección de Júpiter,
 y gozaba por lo mismo de in-
 violabilidad. — 542. ERUBUIT
 = reveritus est. — SEPULCRO
 = ut sepeliretur, dativo final. —
 544. IMBELLUS (*in, bellum*). Dé-
 bil impropio de guerra. — 545.
 RAUCO. *El ronco sonido del es-*

cudo. — 548. PELIDAES. Aquiles,
 hijo de Peleo. — 559. DEGENE-
 REM NEOPTOLEMUM. Puede con-
 siderarse como persona pacien-
 te del verbo *narrare*, aunque
 también puede suplirse el ver-
 bo *esse*.

551. LAPSANTEM = labentem.
 Este verbo no se halla en los
 escritores anteriores a Virgil-
 iano, pero después de él lo usa-
 ron Livio, Stacio y Tácito. —
 552. IMPPLICUIT COMAM. *Asióle*
 por los cabellos. — 553. CA-
 PULO TENUS. Hasta el pomo;
 anástrofe. — 554. HAEC FINIS.
 Nótese que *finis* es a las veces
 femenino, sobre todo en los

Sorte tulit, Trojam incensam et prolapsa videntem 555 42
 Pergama, tot quondam populis terrisque superbum
 Regnarem Asiae. Jacet ingens litore truncus,
 Avulsumque umeris caput, et sine nomine corpus.

VIII. Eneas, perdida toda esperanza, corre a salvar a su familia

At me tum primum saevus circumstetit horror;
 Obstupui; subiit cari genitoris imago, 560
 Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi
 Vitam exhalantem; subiit deserta Creusa,
 Et direpta domus, et parvi casus Juli.
 Respicio, et, quae sit me circum copia, lustro.
 Deseruere omnes defessi, et corpora saltu 565
 Ad terram misere, aut ignibus aegra dedere.

poetas. — FATORUM SORTE. El
Destino era un dios ciego, cu-
 yas decisiones sacadas por
 suerte de la urna fatal, eran
 irrevocables, y decidían el por-
 venir de los mortales. — 556.
 POPULIS TERRISQUE. Ablativo
 de causa subordinado a *super-
 bum*. — 557. JACET LITORE.
 Virgilio, a fin de traer a la
 memoria la muerte de Pompe-
 yo, cuyo cadáver quedó inse-
 pulto en las riberas egipcias,
 apartándose de la tradición, su-
 pone que el cadáver de Príamo
 fué arrastrado hasta la orilla
 del mar.

560. SUBIIT. Se me represen-
 tó. Este verbo se usa con *men-
 tem* como persona paciente, o
 bien como aquí y en Ov. I
 Trist. III, 1, *cum subit illius
 tristissima noctis imago*. — 561.
 AEQUAEVUM. De la misma edad
 (que Anquises). — 562. CREU-
 SA. Hija de Príamo y esposa
 de Eneas. — 563. DOMUS.
 Alarga la segunda sílaba a
 causa de la cesura. — JULI.
 Julio Ascario, hijo de Eneas. —
 565. Eneas había peleado desde
 lo alto del palacio; algunos de
 sus compañeros habían pereci-
 do al saltar a tierra, y a otros

43	<p>Jamque adeo super unus eram, cum limina Vestae Servantem, et tacitam secreta in sede latentem Tyndarida adspicio: dant clara incendia lucem Erranti, passimque oculos per cuncta ferenti.</p>	570
	<p>Illa, sibi infestos eversa ob Pergama Teucros, Et poenas Danaum, et deserti conjugis iras Praemetuens, Trojae et patriae communis Erynis, Abdiderat sese, atque aris invisa sedebat.</p>	
	<p>Exarsere ignes animo: subit ira cadentem</p>	575
	<p>Ulcisci patriam, et sceleratas sumere poenas. «Scilicet haec Spartam incolumnis patriasque Mycenae Adspiciet, partoque ibit regina triumpho? Conjugiumque, domumque, patres, natosque videbit, Iliadum turba et Phrigiis comitata ministris?</p>	580

les habían alcanzado las llamas.
 — 566. AEGRA. *Exhaustos de fuerzas.*

567. JAMQUE ADEO. Los versos siguientes hasta el 588 que están entre paréntesis, no se hallan en los mejores códices. Servio asegura que fueron quitados por Tucca y Vario, pero que se hallaban en los mss. primitivos. — SUPER... ERAM = *supereram*, tmesis. — 569. TYNDARIDA. Helena, hija de Tíndaro, rey de Esparta. — 570. ERRANTI. Supl. *mihi*.

572. DANAUM POENAM. *El castigo que le impondrían los griegos.* — CONJUGIS. Menelao, a quien Helena abandonó para seguir a Paris, hijo de Priá-

mo, lo que ocasionó la guerra de Troya. — 573. ERINYS. Cf. nota al v. 337; aquí equivale a *pestis, exitium*. — 574. INVISA = *non visa*. Otros interpretan como de *invideo, envidiar*, odiar, pero dice mejor el primer significado con el verbo *abdiderat*. — 576. SCELERATAS POENAS = *poenas sceleris*. — 577. SCILICET. Tiene sentido irónico. — MYCAENAS. Cf. nota al v. 25. — 578. PARTO... TRIUMPHO. Ablativo absoluto. — REGINA. Predicado de *ibit*. — 579. CONJUGIUM. En vez del nombre concreto *conjugem*. — 580. ILIADUM. *De mujeres troyanas.*

44	<p>Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni? Dardanium toties sudarit sanguine litus? Non ita; namque, etsi nullum memorabile nomen Femineo in poena est, nec habet victoria laudem, Extinxisse nefas tamen, et sumpsisse merentis</p>	585
	<p>Laudabor poenas; animumque explesse juvabit Ultricis flammae, et cineres satiasse meorum.» Talia jaetabam, et furiata mente ferebar, Cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndum</p>	
	<p>Obtulit, et pura per noctem in luce refulsit</p>	590
	<p>Alma parens, confessa deam, qualisque videri Caelicolis, et quanta solet: dextraque prehensum Continuit, roseoque haec insuper addidit ore: «Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Quid furis? aut quoniam nostri tibi cura recessit?</p>	595

581. OCCIDERIT... ARSERIT... SUDARIT. Futuro anterior con relación a *adspiciet, ibit, videbit*. En forma subordinada sería: *adspiciet... postquam occidit* — 583. NOMEN = *gloria, decus*. — 584. FEMINEA IN POENA = *in poena feminae*. Cf. 576 *scleratas poenas*. — 585. EXSTINXISSE. Dependiente de *laudabor*, con significación causal. Así Cic. *Mil.* 18, *liberatur Milo, eo consilio profectus esse*. — SUMPSISSE POENAS MERENTIS (sc. *Helena*); *sumere poenas alicujus* es castigar o tomar venganza de alguno. — 586. ULTRICIS FA-

MAE. Regido de *explesse*. — CINERES SATIASSE MEORUM. De haber dado contento a las sombras de los míos. Los muertos también se gozaban en la venganza de sus enemigos. — 589. CUM MIHI... Ordénese. Cum alma parens (Venus), non ante tam clara oculis, obtulit se videntam mihi.

591. CONFESSA DEAM = *confitens (se) deam*. — QUALIS ET QUANTA. Se refiere al poder y majestad, no a la magnitud corporal. Cf. Ov. Met. III, 285, *quantusque et qualis ab alta Junone excipitur*. — 593. PREHENSUM (supl. *me*) = *cum*

- 45 Non prius adspicies, ubi fessum aetate parentem
 Liqueris Anchisen? superet conjuxne Creūsa,
 Ascaniuque puer? quos omnis undique Graiae
 Circum errant acies, et, ni mea cura resistat,
 Jam flammae tulerint, inimicus et hauserit ensis, 600
 Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae,
 Culpatusve Paris; divūm inclem̄tia, divūm,
 Has evertit opes, sternitque a culmine Trojam.
 Adspice; namque omnem, quae nunc obducta tuenti
 Mortalis hebetat visus tibi, et humida circum 605
 Caligat, nubem eripiam. Tu ne qua parentis
 Jussa time, neu praeceptis parere recusa.
 Hic, ubi disiectas moles, avulsaque saxis
 Saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,
 Neptunus muros, magnoque emota tridenti 610

prehendisset me. — 595. Nos-
 tri. Genitivo objetivo subordi-
 nado a *cura*. — 596. NON =
nonne. — 597. CONJUXNE. Ge-
 neralmente la partícula *ne* se
 coloca después de la primera
 palabra de la interrogación;
 aquí *superet ne* = *an sit su-
 perstes*.

598. QUOS OMNES... CIRCUM
 = *circum quos omnes*, tmesis.
 — 600. TULERINT... HAUSE-
 RINT. Subjuntivos potenciales.

601. LACAENAE. *De Lacede-
 monia* o Esparta. — FACIES.
 Alusión a la hermosura de He-
 lena. — 602. CULPATUS. Paris,
 a quien todos echaban la culpa
 de la guerra. — 604. Todo este

bellísimo pasaje, en que se ex-
 plican las causas ocultas de la
 destrucción de Troya, es una
 sabia imitación de Homero
 (*Iliad.* V, 127-128, etc.). — 606.
 NE... TIME. Poético en vez de
ne timueris. — 608. MOLES. Se
 entiende de los edificios. — 609. UNDANTEM... fumum.
 Compara el movimiento *ondu-
 lante* del humo con el de las
 olas del mar. — 610. Entre los
 dioses enemigos de los troya-
 nos se cuentan Néptuno, Juno
 y Minerva, principalmente las
 dos últimas deidades, por la
 preferencia dada por Paris a
 Venus en el concurso de be-
 lleza (*manzana de la discor-*

- Fundamenta quatit, totamque ab sedibus urbem
 Eruit: hic Juno Scaeas saevissima portas 46
 Prima tenet, sociumque furens a navibus agmen,
 Ferro adincta, vocat.
 Jam summas arces Tritonia, respice, Pallas 615
 Insedit, nimbo effulgens et Gorgone saeva.
 Ipse pater Danais animos viresque secundas
 Sufficit: ipse deos in Dardana suscitat arma.
 Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
 Nusquam abero, et tutum patrio te limine sistam.» 620
 Dixerat; et spissis noctis se condidit umbris,
 Adparent dirae facies, inimicaque Trojae
 Numina magna deūm.
 Tum vero omne mihi visum considere in ignes

dia3. — TRIDENTI. El tridente
 era el cetro propio de Neptuno,
 dios del mar.
 611. A SEDIBUS. *Desde los
 cimientos.* — 612. SCAECAS...
 PORTAS. *Las puertas Esceas* (de
 la izquierda, *σκαιός*) al oeste
 de la ciudad, fronteras al cam-
 panamento griego. — 615. TRI-
 TONIA. Cf. nota al v. 171. —
 616. NIMBO. *La nube tempe-
 tuosa* de que se rodean los dio-
 ses cuando están airados. —
 GORGONE. Las Gorgonas eran
 unos monstruos fabulosos, al
 principal de los cuales, Medu-
 sa, cortó Perseo la cabeza y la
 colocó en la égida de Minerva.
 — SAEVA. Nominativo que se
 refiere a *Pallas*. — 617. PATER.
 Júpiter, *divūm pater atque ho-
 minum rex* (I, 65; II, 648). —
 VIRES SECUNDAS. *Fuerzas in-
 contrastables* (Riber). *Secun-
 dus* (de *sequi*), que sigue, que
 favorece el buen resultado. —
 618. SUFFICIT (trans.) = *sub-
 ministrat*. — 619. ERIPE FUGAM.
Apresúrate a huir. — 620. PA-
 TRIO... LIMINAE = *in domo
 patris (Anchise)*. — SISTAM
 (trans.) = *collocabo*. Cf. Ov.
 Met. IX, 109, *officioque mēa
 rīpa sistetur in illa*. — 622.
 ADPARENT DIRAE FACIES. La
 visión anunciada por Venus en
 los versos 604-606.
 624. OMNE MIHI... Ordéne-

47 Ilium, et ex imo verti Neptunia Troja;
 Ac, veluti summis antiquam in montibus ornum
 Cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant
 Eruere agricolae certatim; illa usque minatur,
 Et tremefacta comam concussu vertice nutat,
 Vulneribus donec paulatim evicta supremum
 Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam.
 Descendo, ac, ducente deo, flamمام inter et hostes
 Expedior; dant tela locum, flammaeque recedunt.

625

630

IX. Escena en el hogar doméstico

Atque ubi jam patriae perventum ad limina sedis,
 Antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos 635
 Optabam primum montes, primumque petebam.

se: *Omne Ilium visum (est) mihi.* — CONSIDERE IN IGNES. Se abismaba en el fuego. — 625. EX IMO VERTI. Cf. v. 611 a sedibus urbem erui. — NEPTUNIA. Epíteto de Troya. Neptuno ayudó a Laomedonte a levantar las murallas de esta ciudad, con la esperanza de una recompensa que nunca llegó; razón por la cual se declaró enemigo de los troyanos. — 626. AC VELUTI... Ordénese. AC veluti cum agricolae instant eruere ornum. — 627. ACCISAM. Accidere significa

propriamente comenzar a cortar. Así César. BG. VI, 27 arbores accidere. — 629. COMAM. Acusativo determinativo, subordinado a *tremefacta*, como si dijera *tremefactā comā*. — 629. NUTAT. Se bambolea. — 630. VULNERIBUS = ictibus, golpes. — SUPREMUM. Neutro en sentido adverbial, como VI, 288, horrendum stridens. — 631. JUGIS. Ablativo subordinado a *avulsa*. — 633. EXPEDIOR = expeditum iter habeo.

636. PRIMUM. Complemento atributivo de *quem*. — PETE-

Abnegat excisa vitam producere Troja,
 Exsiliūmque pati. «Vos o, quibus integer aevi
 Sanguis, ait, solidaeque suo stant robore vires,
 Vos agitate fugam.

Me si caelicolae voluissent ducere vitam,
 Has mihi servassent sedes. Satis una superque
 Vidimus excidia, et captae superavimus urbi.
 Sic o, sic positum adfati discedite corpus.

Ipse manu mortem inveniam: miserebitur hōstis,
 Exuviasque petet. Facilis jactura sepulcri.

48

640

645

BAM = *adibam*. Cf. I, 717 *reginam petit*. — 637. VITAM PRODUCERE. *Alargar la vida*. — 638. QUIBUS INTEGER AEVI SANGUIS. Que tenéis sangre ardiente de juventud. Ennio, citado por Servio, llama a los dioses *aevi integri*, porque gozan de eterna juventud. Acerca del genitivo *aevi*, cf. I, 14 *dives opum*. — 639. SUO ROBORE. En su pleno vigor. — 640. AGITATE FUGAM. El verbo *agitare* (supl. animo) significa *deliberar*, pensar en... Así Liv. XXI, 22, dice *bellum agitare in animo*.

641. DUCERE = *producere* (v. 637). — 642. UNA EXCIDIA. Plural enfático. Hércules libró a Troya de un monstruo marino que la asolaba. Pero como el rey Laomedonte se negase a entregarle la recompensa prometida, Hércules le mató y saqueó la ciudad. — 643.

SUPERAVIMUS. En el mismo sentido del verso 597 = *superfuimus*. — 644. POSITUM CORPUS. La frase *ponere corpus* designa la colocación del cadáver en la caja fúnebre. — ADFATI. Alude a la costumbre de los romanos de dirigir tres *vale* de despedida al difunto antes de enterrarlo. — 645. MANU MORTEM INVENIAM. No se trata aquí de suicidio; el sentido es: *me defendendo mortem inveniam*, como se desprende de lo que se sigue. — 646. FACILIS JACTURA SEPULCRI. Es llevadera la pérdida de la sepultura. Estas palabras no se explican sino en un acceso de desesperación, pues una de las mayores desventuras según los antiguos era permanecer insepulto, ya que en tal caso las sombras no podían pasar la laguna Estigia y gozar de la paz de los Campos Elíseos. —

49 Jam pridem invisus divis, et inutilis annos
 Demoror, ex quo me divum pater atque hominum rex
 Fulminis adflavit ventis, et contigit igni».
 Talia perstabant memorans, fixusque manebat. 650
 Nos contra effusi lacrimis, conjuxque Creusa,
 Ascaniusque, omnisque domus, ne vertere secum
 Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere vellet.
 Abnegat, inceptoque et sedibus haeret in isdem.
 Rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto; 655
 Nam quod consilium, aut quae jam fortuna dabatur?
 «Mene efferre pedem; genitor, te posse reliquo
 Sperasti? tantumque nefas patrio excidit ore?
 Si nihil ex tanta superis placet urbe relinqu,
 Et sedet hoc animo, perituraeque addere Troiae 660

648. DEMOROR = *detineo*. *Inutilis annos demoror* podría traducirse: *arrastro una vida inútil*. — 649. AFLAVIT VENTIS. Según la Física antigua, el rayo no era más que una ráfaga de viento; de aquí la frase *aura fulminis, ventus fulminis*. Júpiter hirió a Anquises con un rayo, por haber revelado contra la voluntad del dios su matrimonio con Venus.

650. PERSTABAT = *fixusque manebat*. — 652. NE... VEL-

LET. Subordinado a la idea de rogar sobreentendida en *effusi lacrimis*. — VERTERE = *evertere, destruere*. — 653. FATO INCUMBERE. *Acelerar la hora fatal*. — 654. IN. Se refiere a *incepto* y a *sedibus*. — 655. FEROR. Presente de conato, como el v. 511 *fertur in hostes*. — 657. MENE EFFERRE PEDEM... Ordénese: *sperastine, genitor, me posse efferre, pedem, te reliquo*. — 660. SEDET HOC ANIMO. Esta es la determinación. Cf. V, 418, *idque pio*

Teque tuosque juvat, patet isti janua leto. 50
 Jamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
 Natum ante ora patris, patrem qui obruncat ad aras.
 Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes
 Eripis, ut mediis hostem in penetralibus, utque 665
 Ascanium, patremque meum, juxtaque Creūsam,
 Alterum in alterius maestatos sanguine cernam?
 Arma, viri, ferte arma; vocat lux ultima viatos.
 Reddite me Danais: sinite instaurata revisam
 Praelia; numquam omnes hodie moriemur inulti». 670
 Hinc ferro adeingor rursus; clipeoque sinistram
 Insertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
 Ecce autem complexa pedes in limine conjux
 Haerebat, parvumque patri tendebat Julum:

sedet Aeneae.

662. ADERIT... DE SANGUINE. *Volverá de derramar sangre*. El ablativo de *sanguine* expresa la idea de tiempo y de lugar. Cf. Cic. *Att. XII*, 3-1, *velim scire hodiene statim de auctio-ne aut quo die venias*. — 664. HOC ERAT QUOD... ME ERIPIS (*eripuisti*)... UT CERNAM (*cer-nem*). *Por esto fué por lo que me libraste... para que vieras*. Recuerda la protección prometida por su madre Venus para la familia. — 669. RED-

DITE ME DANAI. Cf. X, 61, *redde oro miseris*. — NUNQUAM = *nequaquam*. Reforzando la idea de negación. Cf. Ecl. III, 49, *nunquam hodie effugies; veniam quocumque vocaris*.

671. HINC FERRO ACCINGOR. En todo este pasaje Virgilio ha tenido a la vista a Homero, Iliad. VI, 394 y sig., donde se trata de la tierna despedida de Héctor y Andrómaca. — CLIPEOQUE SINISTRAM INSER-TABAM. *Y con la izquierda em-*

- 51 «Si periturus abis, et nos rāpe in omnia tecum; 675
 Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
 Hanc primum tutare domum. Cui parvus Julius
 Cui pater, et conjux quondam tua dicta relinquor?»
 Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,
 Cum subitum diatique oritur mirabile monstrum. 680
 Namque manus inter, maestorumque ora parentum
 Ecce levis summo de vertice visus Juli
 Fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis
 Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.
 Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem 685
 Exutere, et sanctos restinguere fontibus ignes.
 Et pater Anchises oculos ad sidera laetus
 Extulit et caelo palmas cum voce tetendit.
 «Juppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
 Adspice nos, hoc tantum; et, si pietate meremur, 69

= *etiam*. — 676. EXPERTUS. Por haberlo experimentado (en los combates pasados). — 678. CONJUX QUONDAM TUA DICTA. Yo que en otro tiempo me llamé tu esposa; como si Eneas se hubiera olvidado de su amor. — RELINQUOR = en vez de *reliquimur* se refiere a los tres sujetos.

680. MONSTRUM = prodigium. — 683. APEX: Lengua

de fuego. — TACTU IN NOXIA = non nocens tangendo. Este prodigo era tenido como de buen agüero. — 685. TREPIDAS, EXCUTERE, RESTINGUERE. Infinitivos históricos, que se emplean para dar más viveza a la descripción y que equivalen al indicativo. — 686. FONTIBUS = aqua fontis. — 690. HOC TANTUM. Supl. precamur.

- Da deinde auxilium, pater, atque haec omnia firma». 52
 Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
 Intonuit laevum, et de caelo lapsa per umbras
 Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. 695
 Illam, summa super labentem culmina tecti,
 Cernimus Idaea claram se condere silva,
 Signantemque vias; tum longe limite sulcus
 Dat lucem et late circum loca sulfure fumant.
 Hic vero vietus genitor se tollit ad auras,
 Adfaturque deos, et sanctum sidus adorat: 700
 «Jam jam nulla mora est: sequor, et, qua ducitis, adsum.
 Di patrii, servate domum, servate nepotem!

691. DEINDE = *etiam*. — HAEC OMINA FIRMA. Confirma estos augurios. Para que un augurio fuera señal cierta de la voluntad de los dioses, debía ser confirmado por otro augurio.

693. LAEVUM. Sentido adversarial. Cf. v. 630. — Los augures, al hacer los auspicios, estaban vueltos al mediodía; los auspicios que venían del oriente, o sea de su izquierda, se consideraban propicios. — 694. FACEM DUCENS MULTA CUM LUCE. Dejando una larga estela de luz. Este presagio es

confirmación del anterior. —

696. IDAEA SILVA. Monte no lejos de Troya, consagrado a Cibeles. — 697. SIGNANTEMQUE VIAS. Puede significar que dejaba un rastro luminoso, o bien

que nos señalaba el camino, invitándonos a partir. — LONGO LIMITE. Durante largo trécho. — 698. CIRCUM. Adverbio. — 699. SE TOLLIT AD AURAS = *surgit*. Algunos leen *se tollere ad auras* como infinitivo histórico. — 703. VESTRO IN NUMINE. Bajo vuestra protección. Cf. IX, 247, *di patrii*,

- 53 *Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troja est.
Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuso».*

X. Huída del héroe Troyano. — Desaparición de Creusa

Dixerat ille; et jam per moenia clarior ignis 705
Auditur, propiusque aestus incendia volvunt.
«Ergo age, care pater, cervici imponere nostrae:
Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit;
Quo res cumque cadent, unum et commune periculum,
Una salus ambobus erit. Mihi parvus Julius 710
Sit comes, et longe servet vestigia conjux.
Vos, famuli, quae dicam, animis advertite vestris.
Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum
Desertae Cereris, juxtaque antiqua cupressus,

*quorum semper sub numine
Troja est.*

705. IGNIS AUDITUR. *Se oyen el crepitar del fuego.* — 706. AESTUS (acusativo) INCENDIA VOLVUNT = *calor serpiti*; locución poética. — 707. ERGO AGE. *Animo pues*; fórmula de exhortación y aliento. — IMPONERE. Imperativo pasivo, con significado de reflexivo. — 708. SUBIBO UMERIS. *Te llevaré en mis hombros.* — 709. QUORES CUMQUE = *quocumque res.*

tmesis. — 711. LONGE SERVET
VESTIGIA. *De lejos siga mis
huellas* (a fin de no aparecer
como sospechosos). De este
modo prepara Virgilio el epi-
sodio de la desaparición de
Creusa.

713. EGRESSIS. Dativo llamado absoluto. *Urbe egressis* podría traducirse a la salida de la ciudad — 714. DESERTAE CERERIS. De la abandonada Ceres. Da el epíteto de *deserta* a Ceres diosa de la agricultura.

- Religione patrum multos servata per annos: 715 54
Hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
Tu, genitor, cape sacra manu, patriosque Penates;
Me bello e tanto digressum et caede recenti,
Adtrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero». 720 .
Haec fatus, latos umeros subiectaque colla
Veste super fulvique insternor pelle leonis;
Succedoque oneri. Dextrae se parvus Julius
Implicitit, sequiturque patrem non passibus aequis:
Pone subit conjux. Ferimur per opaca locorum; 725
Et me, quem dudum non ulla injecta movebant
Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graji,
Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
Suspensum, et pariter comitique onerique timentem.

tura, porque su templo es poco frecuentado. — 716. EX DIVERSO = *ex diversis partibus*. — 717. CAPE SACRA. Tal había sido el mandato de Héctor, v. 293. — 719. NEFAS. Los que habían derramado sangre humana no podían ofrecer sacrificios ni tocar las cosas sagradas hasta haberse purificado, lavándose en agua corriente (*flumine vivo*).

721. SUPER... INSTERNOR =
superinsternor, tmesis. Nótese

el régimen como los verbos que significan *vestir*, etc. — 725. PONE. Detrás. Cf. v. 711 *longe*. — PER OPACA LOCORUM = *per opaca loca*, adjetivo sustantivado. Cf. I, 390, *in convexo nemorum*. — 727. NEQUE ADVERSO... Ordénese: *neque Graji glomerati, ex agmine adverso*: ni los griegos apretados en escuadrón delante. Forma antítesis con *injecta tela*, que indica una lucha a distancia. — 729. SUSPENSUM

55	<p>Jamque propinquabam portis, omnemque videbar Evasisse vicem, subito cum creber ad aures Visus adesse pedum sonitus; genitorque per umbram Prospiciens: «Nate, exclamat, fuge, nate; propinquant: Ardentes clipeos, atque aera micantia cerno».</p> <p>Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum Confusam eripuit mentem. Namque, avia cursu Dum sequor, et nota excedo regione viarum, Heu! misero conjux fatone erepta Creúsa Substitit, erravitne via, seu lassa resedit, Incertum; nec post oculis est redditum nostris.</p> <p>Nec prius amissam respexi, animumve reflexi, Quam tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam Venimus: hic demum, conlectis omnibus, una</p>	730 735 740	
		Defuit, et comites, natumque virumque fefellit. Quem non incusavi amens hominumque deorumque? 745 Aut quid in eversa vidi crudelius urbe? Ascanium, Anchisenque patrem, Teucrosque Penates Commendo sociis, et curva valle recondo; Ipse urbem repeto, et cingor fulgentibus armis. Stat casus renovare omnes, omnemque reverti Per Trojam, et rursus caput objectare periclis. Principio muros obscuraque limina portae, Qua gressum extuleram, repeto, et vestigia retro Observata sequor per noctem, et lumine lustro. Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent. 755 Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset, Me refero. Inruerant Danaí, et teatrum omne tenebant. Ilice: ignis edax summa ad fastigia vento Volvitur: exsuperant flammae; furit aestus ad auras. Procedo, et Priami sedes arcemque reviso.	56 745 750 755 76c

= sollicitum, trepidum; cf. IV, 9, quae me suspensum insomnia terrent.

730. OMNEM... EVASISSE VIAM. *Haber llegado al fin de mi camino.* Otros leen evasisse vicem, que viene a significar lo mismo, haber salido libre de todo peligro. — 725. MALE... AMICUM = inimicum. — 736. ERIPUIT. Depende de nescio quod numen. Aunque parece debiera estar en subjuntivo como dependiente de una interrogación, no obstante des-

pués de la frase *nescio quis*, etcétera, suele ir el verbo a indicativo. — 736. AVIA (neutro plural). *Caminos extraviados.*

— 738. FATONE. Interrogativa disyuntiva que comprende dos hipótesis sobre la desaparición de Creusa: o bien la voluntad de los hados (*fato*), o una causa natural, que puede ser el haber equivocado el camino, o el haber desfallecido de cansancio.

741. ANIMUM REFLEXI (poet.) = illius recordatus sum. —

744. FEFELLIT. *Frustró.* — 745. Quem non incusavi. Verso hipermetro, o sea cuya última sílaba sobrante forma sinalefa con la primera del verso siguiente. — 749. URBEM REPETO ET CINGOR = *cingor et repeto*, hysteron proteron. Cf. 353. — 750. STAT = *stat animo*, como en el v. 660 *sedet animo*.

753. VESTIGIA RETRO OBSERVATA SEQVOR = *sequor retro observans vestigia.* — 754. LUMINE = *oculis.* — 756. SI FORT-. La frase repetida podría traducirse *por si acaso, quién sabe.* — 758. IGNIS EDAX (*edere, comer*). *El voraz incendio.*

761. PORTICIBUS VACUIS. Ablativo absoluto. — ASYLO

- 57 *Custodes lecti, Phoenix et dirus Ulixes*
Praedam adservabant. Huc undique Troia gaza
Incensis erepta adytis, mensaeque deorum,
Crateresque auro solidi, captivaque vestis 765
Congeritur. Pueri et pavidae longo ordine matres
Stant circum.
Ausus quin etiam voces jaclare per umbram
Inplevi clamore vias, maestusque Creūsam
Nequidquam ingeminans, iterumque iterumque vocavi. 770
Quaerenti, et tectis urbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creūsae
Visa mihi ante oculos, et notā major imago.
Obstupui, steteruntque comae, et vox faucibus haesit;

= *in asylo*. Llama asilo al templo de Juno, pues los templos aseguraban la inviolabilidad de los que en ellos se refugiaban. — 726. PHOENIX. El preceptor de Aquiles, que lo acompañó a la guerra de Troya. — 763. GAZA. Vocablo persa que significa el tesoro real, y por extensión toda clase de tesoros. — 764. MENSA DEORUM. La mesa donde se colocaban ofrendas a los dioses. — 765. CRATERES. Crateras o copas grandes donde se mezclaban los vinos. — AURO SOLIDI

= *ex solo auro*. — CAPTIVA VESTIS = *vestis quae capta est*. Cf. VII, 184, *captivi currus*. — 770. INGEMINANS. *Llamando repetidas veces*.
 771. TECTIS = domibus. Ablativo local de *qua*. — 772. SIMULACRUM = *umbra, imago*. — 773. NOTA. Ablativo regido del comparativo *major*. Las sombras de los muertos tenían mayores proporciones que en vida. — 774. *Steterunt*. Abrevia la segunda sílaba; uso muy frecuente en Virgilio con este verbo y con *dederunt*. Véase

- Tum sic adfari, et curas his demere diatis: 775 58
 «Quid tantum insano juvat indulgere dolori,
 O dulcis conjux? non haec sine numine divum
 Eveniunt; nec te hinc comitem asportare Creūsam
 Fas; aut ille sinit superi regnator Olympi.
 Longa tibi exilia, et vastum maris aequor arandum; 780
 Et terram Hesperiam venies, ubi Lydius, arva
 Inter opima virum leni fluit agmine Thybris.
 Illic res laetae, regnumque, et regia conjux
 Parta tibi: lacrimas dilectae pelle Creūsae.
 Non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas 785
 Adspiciam, aut Grajis servitum matribus ibo,
 Dardanis, et divae Veneris nurus;

sobre el particular “Palaestra Latina”, año III, pág. 81 y siguientes. — 775. ADFARI, DEMERE. Infinitivos históricos. — 776. INDULGERE DOLORI. *Dejarse llevar del dolor*. — 779. FAS = *fatum*, sujeto de *sinit*. — 780. LONGA TIBI EXILIA. Supl. el verbo *erunt*, u otro equivalente, pero no se ha de unir con *arandum*, que se refiere únicamente a *aequor*. — AEQUOR ARANDUM. La misma metáfora en español con la frase *surcar el mar*.
 781. HESPERIAM. *País del Occidente*, aquí Italia. Otras veces se dice de España. — LYDIUS THYBRIS. *El Tíber*, que riega el país de los Etruscos, originarios de Lidia. — 782. VIRUM = *virorum*. — AGMINE = *corriente*. Cf. Georg. I, 322, *agmen aquarum*. — 783. REGIA CONJUX. Lavinia, hija del rey Latino, segunda esposa de Eneas. — 784. CREUSAE = *propter Creusam*, genitivo objetivo. — 786. SERVITUM. Supino final, que se emplea con verbos de movimiento. — 787. DARDANI. *Descendiente de Dárdano*. Creusa era hija de Príamo, que a su vez lo era de

- 59 Sed me magna deûm genetrix his detinet oris.
 Jamque vale, et nati serva communis amorem.»
 Haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem 790
 Dicere deseruit, tenuesque recessit in auras.
 Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
 Ter frustra comprênsa manus effugit imago,
 Par levibus ventis, volucrique simillima somno.
 Sic demum socios, consumpta nocte, reviso. 795
 Atque hic ingentem comitum adfluxisse novorum
 Invenio admirans numerum, matresque, virosque,
 Conlectam exsilio pubem, miserabile vulgus.
 Undique convenere, animis opibusque parati,
 In quascumque velim pelago deducere terras. 800
 Jamque jugis summae surgebat Lucifer Idae,

Dárdano. — 788. DEÛM GENITRIX. *La madre de los dioses*, Cibeles, protectora de los troyanos, especialmente venerada en el monte Ida.

792. CONATUS. Supl. sum. — COLLO (dat.) depende de *circum... dare* (tmesis). Virgilio repite literalmente los versos 792-794 en el libro VI, v. 700-702, donde Eneas pretende en vano abrazar la sombra de su padre Anquises. — 798. EXILIO = *ad exilium*. — 799. ANI-

MIS OPIBUSQUE. Ablativo de modo; *opes* designa los recursos que se habían podido salvar del saqueo. — 800. VELIM = *vellem*; este tiempo sería más propio como dependiente del pretérito *convenere*. — DEDUCERE. Vocablo propio para expresar el establecimiento de una colonia. Cf. César, BC. I, 14, *deducere colonos Capuam*.
 801. LUCIFER. *El lucero de la mañana*. — DUCEBATQUE DIEM. La mitología representa

- Ducebatque diem, Danaique obessa tenebant
 Limina portarum; nec spes opis ulla dabatur.
 Cessi, et sublato montem genitore petivi.»

60

jote. — 804. CESSI (supl. fortunae). *Me rendí a mi suerte*. — MONTEM. Así se lee en el códice Palatino - Vaticano 1631; el Mediceo trae *montes*. Refiérese al monte Ida.

Bibliographia

Antonio Guasch, S. J. — *Antología Latina*. T. 1.^o — Buenos Aires, 1939.

Praeclarus linguarum cultor et magister P. Antonius Guasch, S. J. qui non nullas jam edidit grammaticas et anthologias, quae facilem sternunt viam firmoque pede ad cognitionem sive Graeci sive Latini sive Germanici sermonis ducent, hanc novam Anthologiam Latinam, Latinitatis amantibus offert qua recto tramite et ipsi ad classica opera degustanda trahantur. Pulcrum sane opus et charta et nitida impressione. Praestat tamen opus excellentioribus virtutibus. Excerpta in eo primum invenies faciliora ex Tullio praesertim de prompta, breves narrationes, litterae, fabulae, vitae ex Nepote. Quae omnia, ad calcem positis adnotationibus, scite collustrantur Verum et ad proxim et imitationem Auctorum, quo nihil in addiscendis linguis utilius, ducitur alumnus, ei namque ad id notantur et praebentur verba et locutiones aptiora. Difficiliora deinde proponuntur ex Cicerone, Caesare, Ovidio, aperte illustrantur notulis ad significationem dignoscendam et ad syntaxim Latinam intime aperiendam; passim suadetur classicorum auctorum imitatio. Ac tandem, quasi obiter, hinc inde mella libantes, ducimur, per totum latinitatis campum a primis temporibus usque ad Sanctos Ecclesiae Patres. Opus completur brevi de mythologia notione. Vocabulario et concinnis ac pulcris tabulis pictis quae oculos animumque captant eisque vividus redditur sermo Latinus. Accepimus pariter «Clavim thematum» quae professoribus et alumnis maximo erit usui et emolumento. Auctorem ex animo gratulamur benevolentiamque amabimus suam si cetera, quae parat opera, ad nosmittenda curat ut lectoribus commendare valeamus.

C. Fernández, O. P. — *Diálogos latinos de Luis Vives (Exercitatio linguae Latinae)*. — Ed. Políglota, Barcelona, 1940.

Cum hanc novam editionem «Exercitationis linguae Latinae» (Diálogos latinos de Vives) prae manibus habui, summo sum gaudio affectus videns in patria instaurare omnia et in eis amor litterarum Latinarum; eaque voce «Sursum Hispania Mater!» redire ad pristinam historiae nostrae gloriam et ad praeclaros in Latinitate viros. Redeamus igitur ad Vivetem nostrum «praeclarissimum totius Hispaniae lumen», redeamus ad eum, qui omnes saeculi sui studiosos viros, ut ait Erasmus, eruditionis gloria praeeminebat nam et ipse «lustravit lampade terras». Haec nova editio ad tempus prodiit in quarta mortis centenaria commemoratione clarissimi viri, eamque P. Fernández elaborata ornavit introducione. Celebrantur in illa laudes Latini sermonis atque auctorum classicorum praestantiam ad plenam hominis in humanioribus litteris eruditionem adipiscendam. Magno opere noster Ludovicus commendatur et in primis haec jucunda, sale conspersa, amoenaque Colloquia, in quibus perlegendis et nos aetatis nostrae aureae gloriam recordamur patriumque amorem fervore sentimus. Libellus ornatur notis ab auctore exaratis; dolendum sane eas omissoe quas ipse exaraverat Vives, quasque marginales posuerat. Accuratori desideratur opera in vocabulario Viviano struendo, sic in verbis: *decoxit rem, intritum, silatum, mantilia et mappa*. Utinam in dies evulgenter haec Colloquia et alia Vivetis nostri in lucem edantur opera.

Dr. Hans Weis. — *Curiosa et Jocosa*. — München, 1939, V. Oldenbourg.

Hi duo libelli ut monumenta prostant quibus et facete loqui et jocari valeas.

Amant Germani — apud quos plura hujusmodi prodiere opuscula — Latino sermone ludere ut ariditatem sermonis auferant et facilius res memoriae mandentur. Qui tamen verborum ludi, licet parum placuisse Romanis videantur, non displicebunt forte Latinitatis studiosis, quibus liceat aliquando verbis ludere. Utinam illa quae sunt facete et recte dicta in unum colligerentur opus. Laudandus igitur auctor qui ad rem vires commodavit. Optime tamen Horatius (ad Pis., 345):

«Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci
Lectorem delestanto pariterque monendo.»

At si amoenitate gaudent hi libelli, non semper vitam legentium monent; sunt enim quaedam quae dubie aptantur honestis moribus, et pauca quae de religione aut de religiosis viris multo melius omittentur. Nam hic reprobare possumus verba Jordani Bruni quae auctor ipse profert: «*Si non est verum, saltem est lepide inventum*»; nam sunt quae licet lepide inventa, falsa sunt ideoque nullo modo probari possunt.

Alb. Czech, S. V. D. — *De repreäsentatione graphica propositionis Latinae*. — Yenchowfu. Shantung, 1939.

Rogaverat cl vir et amicus noster Andreas Avenarius, S. V. D., ut sententiam de hoc opusculo in PALAESTRA LATINA aperiremus; ac certe laudandus auctor qui novam viam quasi struxit et paravit, qua facilius alumni in primis Sinici ad cognoscendam linguam Latinam ducantur. Difficultates quas Sinici experiunt ad capiendam rectam structiōnem locutionum Latinarum et officium, quo in propositione verba fruuntur, ope hujus libelli magnopere enucleabuntur; officium cujusque vocabuli in propositione circulis et lineolis apte dispositis designatur. Eandem, uti fatetur, auctor secutus est viam ac in tradenda Grammatica Sinica in qua pariter haec signa adhibita sunt. Plura invenies quae nostris etiam magistris inserviant ut res ac

grammaticae regulae vividius ac facilius memoriae alumnorum mandentur, ea in primis quae ad propositiones simplices spectant, sique dilucidius apparebit discrimen inter subjectum, verbum, praedicatum et complementum directum, quae distinctio valde operosa in primis Latinitatis lectionibus evenit.

Ignacio Errandonea, S. J. — *Gramática Latina*. 9.^a ed. — Eugenio Subirana, Barcelona, 1940.

P. Ignatius Errandonea, S. J., qui grammaticam Latinam et Graecam Biblicam harum linguarum studiosis exaraverat, novam han̄ editionem grammaticae Latinae curavit, quam libenti animo lectoribus commendamus. Praeclaris enim eluet virtutibus in doctrina tradenda, miro ordine et typorum electione, claritate, soliditate, exemplorum selectione, et in syntaxi recta sc̄itaque regularum coordinatione ita ut regulae systema et corpus effingant. Quae omnia opus aptum scholis et Institutis reddunt. Difficiliora tamen nobis videntur excerpta ex classicis Auctoribus quae ad versionem destinantur quam ut a primi et secundi anni alumnis facile verti possint; optima quidem, quae in Latinum vertantur, prostant exercitia.

JOSEPHUS M.^a MIR, C. M. F.

E. Echauri, *Diccionario Manual Latino Español*. — 3.^a Edic. Publicaciones Spes, S. A., Barcelona, 1940. pg. 670.

Tertium jam prodit vulgatum linguae Latinae dictionarium et quidem locupletatum. Nam praeter breve Hispanum-Latinum vocabularium, initio operis offerit summarias de re grammatica leges et paradigmata; post Latinum-Hispanum vocabularium notabilia continet de prisca mythologia; in fine vero chartae geographicae veteris Romae prostant. Non est quod hujus dictionarii praestantiam extollamus; editiones altera et tercia quae fere sine tractu temporis prodierunt satis superque declarant.

J. M. JIMÉNEZ C. M. F.